

ZITT.

* A N N O *



• 1 6 7 6 •

B

Difficilia que solentur in iurisprudentia
 De iurisprudentia

- 1 De Jurib, Majestatis Imp. compet. Ina Dan Burekard. Praef. D. Cyr. Henricus
- 2- Simonia, ambitu, haeresi et crim. laesolaj. Supt, Werner Voigt D. Hon. (ad)
- 3- Nuptis & Thom Köppen Praef. D. Herm Grassow
- 4- Legitimatione et adoptione. Mart. Pajda. id.
- 5 de Tutelis. Jos. Henricus. id.
- 6 de Somnis. Mus. Peterus. id.
7. - rer. divf. Geo Peterus. id.
8. - Donatibus. Petrus Leyß Mart Hoffmann
- 9 - 200 creditis. Br. (renberg) Val. Gu. Förster.
- 10 - Defensione Albin Meurer. D. Joac. Swidowig.
- 11 - Justitia. Andr. Westphal M. J. Garceg.
- 12 Anstet Philosophia Practica Op. Joh. Zitt. M. J. Zeisold
- 13 De causis p. accidens. Tob. Schultet, M. Joseph Aretius.

Sum
 Josannis Rodolphi
 1636

THESES
OCTAVÆ DISPUTATIO,
NIS PHYSICÆ,

DE
C A U S I S

PER ACCI-
DENS,

Que,
SUPREMA CONCEDENTE, PROSPE-
RANTEQUE CAUSA,

PRÆSIDE

M. THEOPHILO ÆNETIO,
Phyf. P. P.

RESPONDENTE

TOBIA SCHULTETO, West-
husa s. Francone,

Ad

15. Augusti, rationis sanæ trutinâ ponderandæ,
horis antemeridianis,

ANNO M DC XXXI.

JENÆ
Typis VIDUÆ WEIDNERIANÆ.

31
*Præstantissimo, Humanissimo ac
Doctiss.*

DN. GEORGIO LATTERMANNO,

LL. Studiofo solertissimo, amico, fautori, & con-
terraneo meo amato, amando.

UT ET

*Præstantissimis, Humanissimis, ac Doctis-
simis Dominis, harum Physicarum ἐξετάσιων συμ-
παλαῖς ἐταῖς Strenuis,*

393
Dn. { JOHANNI WENIGERKINDIO
JOHANNI RINDERMANNO
EUCHARIO SEWNER
JOHANNI SCHMIDT
JOHANNI HANNZSCH
CHRISTIANO ECKHARTO
GOTTHOFRIDO WERNERO
SAMUELI DITSCHERO
JOHANNI OTTHONI
NICOLAO HUGONI
LAURENTIO RONERO.

*Consanguineo, Collegis, Conterraneis,
amicis, omnitempore
dilectis, diligendis.*

dedicat offert

1771
JENÆ
TYP. VIDERI VIDERIANÆ

THESES
DE
CAUSIS PER ACCIDENS,

I.
TRitum apud Philolophos, à Platone
primùm usurpatum, est ververbium, *nihil*
fieri sine causa.

Connexio
hujus Disp.
cum præ-
cedenti.

II.
Quod, quò ad efficientem causam, ita est *καθολι-
κόν*, ut nulla nec *ένστασις*, nec ratio proferri possit, quæ
arguat contrarium.

III.
Ac quomodo agere vel operari posset id, quod
nondum existit?

IV.
Cum verò causarum alix effectum producant
per se, alix per accidens, ac de illis in proxima sit
actum *σζητήσαι*, consequens jam est, ut de his etiam
tractetur.

V.
Causarum per accidens nomine nihil hinc aliud
intelligimus, quàm fortunam & casum, ad quas illos
referimus eventus, qui rarò ad eundem eveniunt mo-
dum, & fines expetitos & intentos, omnem præter opi-
nionem, comitantur.

Quales
sint effectus
causarum
per acci-
dens.

VI.
6. Excludenda ergo hinc est ea per accidens cau-
sa, quæ merum agentis per se est accidens, ad quam nul-
lus sequitur effectus, nisi is, qui ab agente per se fuit
quæsius.

Causa per
accidens
huc non
pertinens.

VII.

Quo modo Polycleetus statuam dicitur conficere, qui effectus à statuario tanquam à causa per se dependet, à Polycleto autem tanquam à causa per accidens, cum merum statuarii sit accidens, quòd eo appellatur nomine; nec alius hie obvenit effectus, nisi is, quem statuarius sibi habuit propositum.

Sententiæ
absonæ de
Fortuna &
Casu.

1o.

IIIX.

Quamvis verò censeant aliqui, fortunam & casum nullas esse causas, sed pura puta Ethnicorum fingēta; quin in divinam peccare providentiam (à qua omnes effectus gubernentur) qui fortunam & casum causis annumerant: his tamen simpliciter haud absentiendum, cum non uno modo, sed pluribus casus & fortuna accipiantur.

IX.

2o.

3o.

Qui enim illa pro causis habuere istiusmodi, quarum si omnia in hoc mundo inordinate vertantur & volvantur; (quod Epicureorum impiū fuit cōmentum) ut & qui fortunam pro ceca, & volubili globo insistente Dea proclamant, à qua omnes omnium rerum eventus dirigantur, illi sanè mentis laborarunt penuria, & protheis habendi.

X.

Quod verè
de Fortuna

At qui eventus per accidens, effectibus intentis se conjungentes, & omnem præter spem & expectationem exorientes, ad fortunam & casum, tanquam ad causas per accidens, referunt, illi nihil à ratione abhorrens sentiunt, cum effectibus per accidentales etiam causæ assignandæ sint.

XI.

Quoties enim accidit, ut non solam hominibus, sed

sed

sed brutis etiam, ob finem certum agentibus, eveniant, quæ minimè speraverant, & quæ finem intentum & obtentum simul comitantur?

XII

Quare quemadmodum effectui vel eventui per se intento, causa etiam per se respondet: Sic eventibus per accidens, causæ etiam per accidens assignandæ sunt, quæ nullæ aliæ, nisi fortuna & casus.

XIII.

Quibus divina minimè convellitur providentia, cum hominum solùm respectu, eventus tales non prævidentium, dictæ locum habeant causæ.

Fortuna, & casus non pugnat cū divina providentia.

XIV.

Quibus sic prælibatis, nunc causæ ipsæ, uti scilicet habeant, perpendendæ sunt.

XV.

Definitur fortuna ab Aristotele, quòd sit causa per accidens, in iis locum habens, quæ cum proaresi, certis finis causa agunt; Casus autem, quòd sit causa per accidens, in iis locum habens, quæ sine proaresi finis alicujus gratia agunt.

Quid Fortuna.

Quid casus?

XVI.

Quæ ut rectè intelligantur definitiones, triplex earum rerum, quæ agunt, est consideranda differentia.

XVII.

1. Quædam enim agunt ut causæ per se & definite, quædam ut indefinite & per accidens causæ, cujusmodi agentia sunt fortuna & casus.

Triplicia agentia.

XVIII.

2. Eorum quæ agunt, aliqua ob certum finem agunt, aliqua non. Ubi fortuna & casus non nisi in iis videntur, quæ finis certi gratia agunt.

A. 3.

XIX.

3. Eorum, quæ finis gratia agunt, aliqua cum deliberatione & consilio, aliqua sine his agunt. Cum deliberatione soli agunt homines, rationis usu iam compotes, quibus finis causâ agentibus, si accidat aliquis eventus inexpectatus & insolitus, qui cum quæsito se conjungit, tum fortuitus is est & dicitur. Si sine deliberatione ob certum tamen finem agentibus naturalibus alius, præter intentum obveniat, tum casualis is rectè dicitur.

Requisita
effectus
fortuiti.

Tria igitur requisita ad fortuitum, & duo ad casualem concurrunt eventum. Ad fortuitum 1. homo; 2. actio certi finis causa, & cum proæresi, ab eo suscepta; 3. Eventus intentum & quæsitum superveniens. Ad casualem verò 1. finis certa causa, sine tamen proæresi, naturale agens, cujusmodi sunt pueri, rationis usu, & hinc proæresi quoque adhuc carentes; 2. Eventus non intentus, qui intentum comitatur.

Requisita
casualis.

Differentia
casus &
fortunæ.

Quare quo ad hoc solum casus à fortuna differt, quòd hæc cum proæresi, ille sine proæresi agentibus accidat.

Quare pueri, bruta, & inanimata, uti ratione & proæresi destituuntur: Sic nec fortunata nec infortunata, si eventus quidam improvisi illis eveniant, sed casu egisse, propriè dicuntur.

Sed nec hoc ignorandum, unum idemque numero

mero

mero agens, tūm per se, tūm per accidens causam,
sæpius esse: Per se eventus expetiti, per accidens, e-
ventus improvisi ratione.

XXIV.

Quo modo, si quis in fortum prodiens emendi a-
licujus rei causâ, eam emat, ibique forte simul debi-
torem suum inveniat, à quo accipiat pecuniam, tum
rei emtæ respectu is causa est per se; acceptæ verò à
debitore pecuniæ, causa per accidens.

XXV.

Divisiones fortuitorum eventuum duæ sunt. Divisiones
eventuum
fortuitorū.
Primò quidem *alii prosperi, alii adversi*. Sic eventus
fortuitus fuit prosperrimus, quando piscatores Mi-
lesii, piscibus capiendis intenti, tripodem aureum Exemplū
τῆς εὐτη-
χίας
unâ cum piscibus è mari extraxerunt, qui postea A-
pollini fuit consecratus. Quando verò Julius Cæsar, Exemplū
τῆς ἀτυ-
χίας
deliberandi causa in Senatum veniens, viginti tribus
acceptis vulneribus fuit interemptus, casus fuit fortui-
tus omnino adversus.

XXVI.

2. Fortuiti eventus *vel sunt magni, vel parvi,
vel medii*. Qui verò ponderis sunt vel nullius, vel e-
xigui, ut si quis operis aliquid faciendo vel pedem
leviter offendat, vel nummulum unum inveniat, id
pro fortuito eventu non habendum: Sed tum de-
mum eventus dicendus fortuitus, si quis, qui illum
prævidere potuisset, propter eundem actionem
suam suscepisset, si fuisset bonus, vel prætermisisset,
si fuisset malus.

XXVII.

Postremò hi: notandum venit, in caelestibus In caelo ni-
hil forte
corporibus nec fortunam, nec casum locū invenire
pro.

fortuna
nilque ca-
sa fit.

propterea quòd uno certo ac definito modo ibi eveniant
omnia; fortuna verò & casus istius modi habeant even-
tus, qui nec semper, nec ut plurimum, sed raro ad consi-
mitem modum fiunt.

XXIIX.

Causæ per
accidens
fundantur
in causis
per se.

Quæ duæ per accidens hæctenus expositæ causæ
ad duas causas per se revocari commodissimè pos-
sunt, fortuna nempe ad $\pi\epsilon\sigma\sigma\acute{\alpha}\nu\alpha\iota\sigma\iota\nu$, casus ad $\Phi\acute{\upsilon}\sigma\iota\nu$, mo-
nente Aristotele, cùm, quicumque per accidens eve-
niunt eventus, hærum causarum unam, quibus illi
accidant, desiderent.

XXIX


Causa e-
ventuum
causarum
per accidens
remota.

Nec errant, qui certam & per se causam, remo-
tam tamen, eventuum fortuitorum & casualium
omnium, Deum esse perhibent, quippe à quo dispo-
nuntur atque gubernantur in hoc Universo omnia.

Interim eventus nonnulli dicuntur fortuiti, ho-
minum respectu, qui illos prævidere non
potuerunt, nec illorum gratiâ a-

& ones suscepe-
runt.

FINIS.



N. 2.
Sanovius

BIBL.

